

81.4.2.1.10

BX1749
.V5
1728-1743
v.1
c.1



TAUTOLOGIÆ
SACRÆ.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE N. EVO LEÓN
CAPILLA ALFONSO BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Roll 35 MICROFILMADO 8/2/83



B2-1749
.V5
1728-1743
v.1

R. P. M:

FR. EMMANUELIS
DE VILLARROEL
PINTIANI;
MONACHI BENEDICTINI
LAURENSANENSIS;
THEOLOGIE DOCTORIS,
SACRARUM LITERARUM INTERPRETIS;
AC CONGREGATIONIS
VALLIS-OLETANÆ
CONCIONATORIS GENERALIS,
IN SACRAS
TAUTOLOGIAS,
CUM ILLUSTRATIONIBUS
PANEGYRICIS , ANAGOGICIS , TROPOLOGICIS,
ET POLITICIS,
COMMENTARIORUM
LITERALIUM
TOMUS PRIMUS.

46383

TERTIA EDITIO.

CUM PRIVILEGIO:

MATRITI: Ex Typographia JOSEPHUS GONZALEZ.
Anno Domini M,DCC,XL.

TAUTOLOGIAS
SACRAS

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE LA ESCUELA
NACIONAL DE INVESTIGACIONES CIENTIFICAS
MEXICO

Hic liber cum reliquis totius operæ in octo Tomis per Cauto-
logias distributa, et in duo per Cphemides partita, possidetia
suae dominis per emissionem in centum octoginta quatuor re-
gales argenteas acquisitis, à Doct. Joan. Ant. Chialague, et
Sebastian. S. J. Tuxolan. Patimarus. Anno 1763.
Huius libri ab eo, ad quem iuxta posterioris pertinere mi-
hi P. Francisco Simonio Gonzalez Parader per ducentos
octoginta regales argenteas portexius, ac legitime
concessi sunt. Anno 1770.

EXCELLENTISSIMÆ HEROINÆ
D. D. M. D.
CATHARINÆ DE CARDENAS
COLON DE TOLEDO, ET PORTUGAL,
DUCISSÆ DE SAN-GERMAN.
FR. EMMANUEL DE VILLARROEL BENEDICTINUS S. P.



Tinam, EXCELLENTISSIMA, quæ Tibi dicantur, Te sint di-
gna! Verum si in audacia aliqua culpa, Tibi ignosce. *Mul-*
ta valde pretiosa videntur, quia templis dicata. Pretij non
iam operis (voto magni, quia nostrum exigui, quia tuum
excelsi) fluxa latebit in animo fides; igitur fultum omine,
nomine, Numine. Protectionem in Te avidè deposcit, ut coelestem:
Tu illam non recusabis, ut humanam. Satagit, qui in illo iurè desidera-
tur, splendoris. Nanciscitur, & ultra vota. Authoritatem nudum dextrè
perquirat. Quiescit. Ergo habet: & quæ animum vel ambitiosissimum
implet, & complet; ubi nec acceptio gratior, nec par auspiciam. Cu-
ius patrocinio tutius committerem potius, quàm tuo; neminem habe-
bam, nec cogitabam. Quid ultra? Quæ divisa beatos efficiunt, collecta
tenes.

*Iunonis, diva dignos dum effigere vultus
Vellet, & exactum reddere pictor opus;
Ex Agrigentinis selectas quinque puellas
Ante oculos fertur, proposuisse sibi.
Quarum imitaretur formæ, quos nosset honores,
Una in quaque magis quodque nitere decus.*

Peniculus cedat Xeuxis, & cedat forma Iunonis, quæ vinci gaudet ab
illa.

*Cui formam Paphia Charites tribuere decorem,
Quam Pallas cunctis artibus erudit.*

*Cuius letissima facies, & amabilis vultus in omnium civium ore, occu-
lis, animo sedet. Non faciem lenocinijs, aut coloribus unquam pol-
luisti: unicum Tibi ornamentum, pulcherrima & nulli obnoxia ætati
forma, maximum decus visa est pudicitia. Procul vel muliebre nomen,
ex quo Te virtutes tuæ eduxerunt, insignem & famam, & formam. Formam,
quasi enutrita Gratiarum uberibus; famam, quasi instructa Fecialium
manibus.*

Plin. ad
Vespas.

Dionys.
Lebem
bl. 54.

Plin.
Trajan.

Quan-

Quanta enim in Maioribus, Principibus, cetera excogitavit natura, ex quo te cogitavit in eorum lucem, ut lucem capefferes fata sanguine Regum? Fas ne recensere progeniem? Breve num signate nobilitatem? Quae non tua? Quae non ex Te? Ad Te descendit inclyta, sed per Te ascendit. Ex genere splendido, Hispaniarum, Orbisque decore, quot quasi ex equo Troiano exierunt Heroes? Quod ibo? Quod non ibo? ceterum in labyrintho, qui magis properat, ipsa illum velocitas implicat. Felix error. Quaquam pergitur obscurae formidine Antiquitatis, obviat Mercurius claritate fulgoris. Vetustate florescit. Tecum novitate floret, ut inter decora generis, generis decor, & sola esses, & prima.

*Sed quid imaginibus, quid avitiis fulta triumphis
Atria? Quid pleni numerofo Consule fasti?*

Luc. ad
Pison.

Cassiod.
lib. 2.
Var. Ep.
24.

Plin.
Pan.
Traian.

Bona certa sunt, quae fidem ab exordio trahunt, dum origo nescit deficere, quae consuevit radicibus pullulare. Fertur etiam cursu perenni vena vitalis. Hanc conditionem sustinent cuncta manantia, ut sapor qui concessus est origini, nesciat rivulis abnegari. Cum cognatione sanguinis, commendatio etiam derivata virtutis, ut non tantum saecularis potestatis attollereris sublimis, sed successione religionis venerabilis. *Hac est arx inaccessa, hoc inexpugnabile monumentum, monumento non egerit.* Deorum nomina aliorum in Herculis sacrificio silere, lex. Macte huiusmodi gloria EXCELLENTISSIMA conticuere omnes, in Te videntes, & mirantes templum vivum Virtutis, & Honoris. Inclytis nomen virtutibus aequas: decus addis divis: & cum nominibus generosa clavis avorum, exsuperas morum nobilitate genus. Tu decus omne tuis.

Præfens tibi fama benignum

Stravit iter, didicitque novum monstrare futuris.

Stat.
lib. 12.
Theb.

Maiestas sine fastidio, urbanitas sine furo, sine assentatione comitas, sine offensione severitas, sine ambitione nobilitas, sine ulla ostentatione generositas, ingenuitas miranda, conversatio gratiosa, genius, ingenium, quia commendantur, minime præstantiora: sed quia commendatione vel superiori dignissima. Nihil torvum in oculis, expertibus ingratae acerbatis, ore Angelico omnino degeneris: non gestus studiosa teneritudine fractior, non incessus cultus pompositate solutior, non vox auctoritatis filamine petulantior. Ipsa corporis species simulachrum effulgurat mentis, & figura probitatis. Crevit tecum miseratio ab infantia: imò ex utero matris tecum egressa. Comedisti buccellam sola? Non comedit pupillus ex ea? Nec rogari quidem sustinuit. Abstulit multos fortuna parentes. Tua effecit pietas, ut perdidisse tantum doleant, non ut sentiant. Tuis assuescunt sermonibus, ad tuum lingua-

tur

tur arbitrium: multum illis dabis, etiam si nihil dederis præter exemplum.

*Femina digna illis, quos aurea condidit etas,
Principibus natis, Principe digna viro.*

Ovid.
ad Lir.

Posita es feliciter merito, dum genitrix voto: etenim fausta fors (vel quia tua, vel quia tibi, ut ad usum secundorum per adversa venisses, & momenta summa virtutis eliciuissent tot labores, quandoquidem ante annos animum gerebas, curamque virilem) Excellentissimo D. D. FRANCISCO DE TUTAVILLA, Duci de San-German, utriusque, Status, & Belli Senatus à Consilijs Regij Exercitus strenuo Imperatori, decore Patriæ, ac Hispaniæ per illum florentis, imagini Sardiniae, & Gotholoniae Protegi, utraque Pallade insigni, fulmini Martis; cuius virtutem, industriam, prudentiam, magisterium, ac in illo summitatem vel victus gloriosè fatur. Hucusque ex illa famigerata victoria iuxta TE flumen, nobilitatem spolijs, præclarum triumphis,

*Ipse suos gemitus folijs inscribit, & Ai, Ai, non ætudo
Flos habet scriptum, funestaque litera ducta est.*

Idem
lib. 10.
Ade.

Quot hic & Lusitaniae TUTAVILLA victorias Regi Catholico dedit? Et plena sunt folia, & dicacia trophæa, fatigataque Fama, crepuit tuba. Non tantum sago, sed & togâ fultit. Quo non amplior? Quis insignior? Nullusdum. Illo enim Principe, Gotholani nec timebant, nec timebantur. Nihil mirum: etenim ne penitus pietas iaceret, dum terras reliquit Astræa; in terris TUTAVILLA Vicarium instituit.

Ubi magis, quasi publicæ expectationis teatro, resplenduit qui suscepit imperium, postquam alium suscepti poenitebat; fuit Sardiniae quam, pretiosissimam gemmam, arte à corona avulsam, dextrè coronæ revinxit, & cum periculo capitis, & ægra valetudine pendè mortuus. *O quam multarum egregia opera in obscuro iacent! Si huic illa simplex admirandis virtutibus contigisset Antiquitas; quanto ingeniorum certamine celebraretur uxor, quae oblita imbecillitatis, oblita etiam firmisimis metuendi maris, caput suum periculis pro sepultura obiecit, & dum cogitat de viri funere, nihil de suo timuit.* Omnia ex voto parva, sed quæ prudentia! *Loquax & ingeniosa in contumelias Praefectorum Provincia, in qua etiam qui vitarunt culpam, non effugerunt infamiam, velut unicum sanctitatis exemplum suspexit: & quod illi difficillimum est, cum etiam periculosi sales placent, omnium verborum licentiam continuit, & hodie similem illi, quanvis nunquam speret, semper optat.* Non melior perpetua fama, sed bona: & facilius invenietur, qui successor esse possit, quam qui cordatè vellit.

Sen. ad
Helo. q.
17.

Ibidem.

Fa.

Ovid.
ubi sup.

*Facta Ducis vivent, operosaque gloria rerum
Hac manet, hac avidos effugit una rogos.
Pars erit historia, totoque legetur in ævo,
Seque opus ingenijs, carminibusque dabit.*

*Sim victor in illis,
Ut nostrum tantis inscribam nomen in actis.*

Tibull.

Hæc gloria nostra: sed hem! Infandum renovabo dolorem? Tantus tenet error amantem. Eundem immortalitate dignum, gestis empta, & in Republica florentem, tam fortiter amisisti, quam secuta es. Devorasti gemitus: iugulasti singultus, ne firmitatem inconcussæ virtutis, concussam signarent levis signa doloris. Prosperitates, & infortunia excellentiam tuam contentiosè moliuntur: his non demergeris, illis non attolleris. Conata es pœnam vincere, non fallere. Decipi in doloribus, nihil distat à decipere. Cessit, ut par erat, rationi, ne inveniret impedimentum, dum ratio ministrabat alexipharmacum. Spiritus ille minax, & Ducis morte superbus, cor attrivisti verùm animum non fregit. Nihil Te dignum in dolore cogitasses, ni supra dolorem Te fortiter erexisses.

Plin lib.
p. cap.
37.

Solidum esse corpus unionum, manifestum est, eò quòd nullo lapsu frangantur. Examen habes. Iurè micæ, & præstas. Pretiosum cor, quod quasi mare mortuum, violentiori vento, acerbiori procella minimè impulsam. Quis rupem crederet in propria, liquefactum per oculos in aliena? In constantiam iurat scopulorum, cum icu impari transferrentur montes in cor maris lachrymarum? Ars fuit doloris, ut magis sentiret humanum pectus teneræ fœminæ, quòd palàm quasi viscera ostenderentur scopuli. Dolebas, & meritò: sed ut Tu semper, & tua esses, dum amarè dolebas: alios, quasi plus non amisisses, consolatione iuvabas. Felix ingenium (quod summus dolor non eripuit, sed acuit) ex eadem herba servans sibi acerbitem, alijs dulcedinem. Ultra humanum est, Tu supra ingenium: siquidem cogitatio tot concussa curis, tot circumdata pœnis, quo pressior, altior. Hic itur ad Astra. Et vadis, & curris, & volas.

Oven.

At quia non ego sum satis ad tanta preconia laudis, Librum Lectori dedico, meque Tibi. VIVE, SALVE.

CENSURA RR. P. M. FR. GREGORIJ DE HERRAN, BENEDICTINÆ
Congregationis Generalis Magistrj, in Salmantina Academia Doctoris Laureati, in eadem Universitate Vespertina Cathedra Moderatoris dignissimi, olimque S. Claudij Legionensis Abbatis, &c.

Decreto RR. P. N. M. Fr. Benedicti de la Torre, Benedictinæ Congregationis Hispaniarum, & Angliæ Generalis dignissimi, primum Tomum Commentariorum Literarum in Sacra Tautologia, varij illustratoribus Politicis, & Sapientissimis P. M. Fr. Emmanuel de Villarroel, Theologice Doctore, Sacrarum Scripturarum Interprete, ac N. Congregatoris Concionatoris Generali studiose elaboratum, perlubenter, avidèque perlegi: & cetera necessitudine cum Authore (iam pridem coniunctissimo ob genij nobilitatem, ingenij acumen, aliisque plures animi dotes, quas ab incunabulis studiorum necesse observavi, sed & enixum zelum sum, quotidieque amica gratulatione, magis, siquidem scientiarum rudimenta,

Primoque Magistrj
Acceptum arte, elementa atque ab issem.
Hinc amor amorem tetigit rude pectus, & æquum
Vultus utriusque dedit.

Suspensam, dubiamque obijcit integritatem censuræ; tamen operis lectio ab affectionis vinculis vindicabit suspensionem: etenim videri mihi videre, voluntatis suffragium (& quia à voluntate fluxum) haud fluxe astruendum per iudicium solitis undeconque rationis.

Retrò, scilicet in Ecclesia hoc opus desideratum. Philosophi Ethnici, qui clavem scientiæ sibi arrogabant, vix casu, aut proposito sacris voluminibus lectis, inurebant styli barbarie, ac minime habebant. Hanc in primis causam esse (ait Lactantius lib. 2. Divin. Instit.) cur apud Sapientes, & Doctos, & Principes huius sæculi, Scriptura Sancta fide careat; quòd Prophetæ communi, ac simpliciter sermone, uti ad populum, sunt locuti. Contentum itaque ab his, qui nihil audire, vel legere, nisi expolitum, aut disertum volunt: nec quicquam inderere animis eorum potest, nisi quòd aures blandiori sono permulcet. Affectu huiusmodi perverciis audaciæ sunt hæretici, qui scientiam veræ fidei non habentes (inquit Augustinus lib. 2. Quæst. Evang. cap. 40. varias doctrinas profectus erroris: igitur flocci pendunt, nisi dum retorqueri possint in falca dogmatum, stylium, in Scriptura obvium, Tautologiarum. Hic Author N. fortissimè pugnat, ut tam Ethnicorum, quam Heterodoxorum retundatur impudentia; siquidem, quasi possit esse facte pius, & sceleratus eodem (uti canit Poeta) cæca mente, incurvo corde, ac incurvata cervice, in Sacra Scriptore plodant, tanquam frigidum, inuapianum, & bardum, quod in Profano miratur eloquentissimum, flexis supercilij in admirationis arcum, signumque videtur. Plaudite vulmen. In Profanis styli tautologicis ingignitur varius in flexo sono, distinctus in concilio copulatus in torto, plenus, gravis, acutus, creber, extensus, summus, medius, imus; & in Sacris siat virtute, vi, motu, studio, scientia, dulcedine, varietate, suavitate: Procul este Profani.

Desideratur etiam à Catholicis huiusmodi factus, ut quiesceret pleno fonte studioforum aviditas si-bundagitor in Tautologis mysteria arcana cogitatio (subodorabor, sed quid lateret, cogitationem latebat. Inobisum quippe est (inquit N. Cardin. P. Damianus Prefat. in Opus. 2.) quòd Christiani de Christo reddere rationem nescient, inimici insultantius visus, & conspici abscedat. Ecce ergo tale sapientie A.N. in summe (potius mari magno) Tautologiarum, difficultatum acerbitate, vel sitientibus amaro; & aqua dulcis, pellucida, clara, purissima:

Quod genui inde mari spirat fons dulcis aquæ.
Largissimum fontem scaturere, atque erumpere flumen.

Acidali fons est, quo lababant Græci: quippequàm in qualibet periodo cæsus pater Veneris. Ita igitur à quæ pluribus Viris tum viridarij Religionis N. in qua peritissimi, omnigenicæ eruditione floruerunt, & florent cum extrà in hac Universitatum Hispaniarum Primatæ, & Academia Salmantina, ubi opus, quod perabatur, fugeis nullum æque necessarium utilitati publicæ, & universali Ecclesiæ exhiberi posse, lubrò audivi. Ac arduitate propostu cognita, & proficos, & recentiores In: crepres tanta moles iurè deterruit verum tranato Oceano, euripis, atque scopulis pleno, ubi gigante: experti quæfragium, Hercules noster invenit dextrè & fretum, & portum.

Authores itaque ulquemodò in Expositione Serpturæ obvias Tautologias, Idiotismos cogitabant, & tanquam vulgares lingus phrasas incuriosè præteribant: quoniam modo præteriret veritates, parùm referbat, quòd sic vel aliter nunciarentur: maxime cum spiritus Sanctus sese aptaret rustico, vel aulico Scriptoris sermoni: N. verò Authore (copus ab alijs abditus, sed maximeperè necessarius, expolitio literalis Tautologiarum est: quòd quidem eruditè astruit ex fontibus Hebræicis, Græcis, &c. erutis varijs, affinis periodis ad literam spectantibus: quia etiam humanioribus literis (quas non à limine è pueris à saluta vit, sed sedulo studio, vigili diligentibus, indefesso, improboque labore, ac maturo iudicio, calcato templi tholo, in interiora percurrit ex selectioribus non obvijs Authoribus Ethnicis, Poeticis, Oratoribus, selectiora, congrua auctoritati legitur sensus abditos in Scripturæ Tautologijs aperiat. Pretiosas Divini dogmatum gemmas sculpe (dicam appositè ex Vincentio Lyriensi Aduers. Profan. Hæreticor. novitates) fideliter coapta, adijce splendorem, gratiam, venustatem, adorna sapienter: intelligatur te exponente illustris, quòd ante obscurius credebatur: per te posteritas intelledum gratuletur, quòd venustas non intellectum veneratur.

Quævis humanioribus literis, liberalibusque disciplinis apprime doctum miretur lector, mirabiliorum in veniet in usu illarum: igitur & stultum subigit, & sequire ita famulas facit: ut constet pulchritudo Scripturæ ornata præfatisimo ancillarum, nec propter illas, ituli sacri larvæ, excogitatum operis argumentum. Ita usus & utilis, aliter amandandus abusus: quando quidem miserè tunc cultus, facies, non xor amatur. Huiusmodi febre laborant plerique (quibus pannola eruditio, nugæ acis falcinatio, & sapientia sumpta è trivio) ingenti supercilio puerilia iactantes, & admirationem ruderibus & ruderibus, ab imperitis, velint nolint, extorquen-

Ovid.

Lactant

Augusti

Ovid.

Petr.
Dami

Lucret

Vincenl
Lyrio.

tes. Placet allusivum, mulcet *Taratantara nimbos*, allicet *Bombombombarda sonabat*. Hoc reboat, hoc affonat, in d. iudit, & oncat. *Perfringit Perbus Satyro 3.*

An tali studeam calamo? Cui verba? Quid istas Succinis ambages?

Perf. Stupent pueri verum ridere docti. At sibi dicunt: Quid inde? Uberior plausus: ac numerum argent, quem minueri debent, nonnuncquam concornantes inerte. Longe ab Authore nostro huiusmodi deliria. Omnia ad amulsum, opportuna cuncta pulchre, vivide, floride, facere, laute. In confirmationem veritatis ex fulgibus solida struit, ex mollis pulchritudinem construit, proposita ex Tautologis quam feliciter astruit, hystoria Profana, & demissa, & a reparatentim, ut observat Augustinus de *Doctrin. Christian.* lib. 4. cap. 11. *Propter fastidia plurimorum, etiam ipsa sine quibus vivi non potest, alimenta contienda sunt.*

Augu. Post literæ expositionem, in varias Didascalias, seu doctrinalia insitata Topologicæ, Mythicæ, Politicæ, atque Panegiricæ Authoritatem mira dexteritate deducit. In singulis, & iudicium rapuit, & meruit: sed ambigitur nonnuncquam in quo maxime, & ille maximus: Quocumque miseris oculis, occurret emineas, revinctis & mente & auribus. Sine violentia lucet auctoritas, sine furo concinnitas, sine larva veritas, procul inculcatione perspicuitas. Semper apta numeris distinctio, & paucis multa. Opus pulchrum, validum, acre, sublime, varium, elegans, purum, figuratum, materiâ clausum, declamatione conspicuum, propositionibus obstructum, vernantis eloquii flore positum, speciosum etiam, & cum magna Authoris laude profusum. *Late hic quaruntur incerta (ex Tertulian. de Anim. cap. 1. merito proman) latius disputantur præsumpt, quantum est difficultatis, probandi, tanta operofitas succedendi. Imò ut inquit lib. 9. Epist. 7. Sidon. Apollin. Opportunitas in exemplis, fides in testimoniis, proprietates in epistolis, urbanitas in figuris, virtus in argumentis, ponant in sensibus, flumen in verbis, fulmen in clausulis.*

Tertul. Non ultra iudicium obsequia commendatione libo, sed delibo. Ultra progressus, nisi prædiceret & modestiâ

Apoll. Authoris, & Censoris munere tametsi *Non vereor* (audacter dixit Greg. Nazianz. *Orat. in Obiit. Sor. Gorgon.*) *ne ultra veritatis metas præsumam, sed illud contra, ne infra veritatem subsistam.* Quapropter, & quia opere nihil in catholicam fidem, doctrinam SS. PP. Conciliorum, bonosque mores, imò omnia ad unguem cadentia, Universali Ecclesie utilis, & necessarius luce publici a stenissimum arbitror, Authoremque exorandum, ut reliqua volumina in operis integritatem quamprimùm construat. Opto ita: legi quippe tanta animi voluptate, quanta luculentia præsentis opus splendet, quanto more eius Authorem prolecutus sum, sed dum lectione sitim sedare cupivi, frus abera crevit, desiderium scilicet videndi reliquum: igitur cum in arduis, & voluisse fati sit, & *Res ardua* (dicebat P. inus *Præfat. in lib. Natur. Hist. ad Vespas.*) *vetustis auctoritatem, obsoletis nitorem, obfucis lacernis, fastiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus verò naturam, & natura sua omnia; abunde pulchrum, atque magnificum, & velle & consequi. Supervacuum est in opere laudando operam dare, quod uno verbo prædicant omnes. Ita censeo, in hoc Salmanticensi Collegio, D. Vincentio sacro, die 31. Novemb. Ann. 1703.*

Greg. *Non vereor* (audacter dixit Greg. Nazianz. *Orat. in Obiit. Sor. Gorgon.*) *ne ultra veritatis metas præsumam, sed illud contra, ne infra veritatem subsistam.* Quapropter, & quia opere nihil in catholicam fidem, doctrinam SS. PP. Conciliorum, bonosque mores, imò omnia ad unguem cadentia, Universali Ecclesie utilis, & necessarius luce publici a stenissimum arbitror, Authoremque exorandum, ut reliqua volumina in operis integritatem quamprimùm construat. Opto ita: legi quippe tanta animi voluptate, quanta luculentia præsentis opus splendet, quanto more eius Authorem prolecutus sum, sed dum lectione sitim sedare cupivi, frus abera crevit, desiderium scilicet videndi reliquum: igitur cum in arduis, & voluisse fati sit, & *Res ardua* (dicebat P. inus *Præfat. in lib. Natur. Hist. ad Vespas.*) *vetustis auctoritatem, obsoletis nitorem, obfucis lacernis, fastiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus verò naturam, & natura sua omnia; abunde pulchrum, atque magnificum, & velle & consequi. Supervacuum est in opere laudando operam dare, quod uno verbo prædicant omnes. Ita censeo, in hoc Salmanticensi Collegio, D. Vincentio sacro, die 31. Novemb. Ann. 1703.*

Plin. *Ita censeo, in hoc Salmanticensi Collegio, D. Vincentio sacro, die 31. Novemb. Ann. 1703.*

M. Fr. Gregorius de Herran.



FACULTAS ORDINIS.

NOs Magister Fr. Benedictus de la Torre Congregationis S. Benedicti Hispan. & Angliæ Generalis, &c. Primam Tomum *Commentariorum Liber. in Scriptura Tautologias, &c.* clu cubratum à R. P. M. Fr. Emmanuele de Villarroel, Theologice Doctore, Sacrarum Literarum Interprete, & nostræ Congregationis Generalis Concionatoris, quoniam à viris doctis (quibus ipsum examinandum commisit) recognitus, & approbatus; Typis mandari, in lucem prodire (servatis tamen de iure servandis) tenore præsentium, sigillo nostro, & subscriptione munitarum, concedimus. Datis in nostro Monasterio S. Martini Matritensis, pridie Nonas Augusti, Anno 1703.

Magister Fr. Benedictus de la Torre,
General. Congregat. S. Benedicti.

Magist. Fr. Ioseph Sotelo,
Secretarius.

CENSURA RR. P. M. FR. HIEROTHEI GARCIA, BENEDICTINI Cisterciensis, suæ pridem Congregationis Castellæ, & Legionis Generalis, Supremi Sanctæ Inquisitionis Senatus Qualificatoris, Archiepiscopos Toletane Examinatoris Synodalis, semel, & modo Monasterij S. Anna Matritensis dignissimi Abbatis, &c.

Opus egregium, frons cuius *Commentaria Literalia in Sacras Tautologias, cum illustrationibus, &c.* quod RR. P. M. Fr. Emmanuel de Villarroel Sacræ Theologicæ Doctor, Divinæ Scripturæ Interpres, Generalis Concionator, ac SS. Patriarchæ, & Legislatoris N. Benedicti Congregationis Valis-Oletanæ, faustissima proles, edit publicæ iure luci; ex præscripto D. D. Nicolai Alvarez de Peralta in hac Regia Curia pro Eminentissimo Cardinali Toletano Generalis Vicarij, censuræ accepti, sed censuram fugit: etenim variegatam, quoquo latere verfo, reperi pulchritudinem, alleetricè novitate vel tædio dulcem, eruditione omnimoda superfluentem, subtili calamo elaboratam, floridam, amœnissimam; ita ut similem navi recerer illi Phœnicie (de qua Xenophon) ubi, est armorum, mercium, pulcherrimè locata, ut fine obice quilibet qualibet contemplari, & ad manum rem quamque paratam habere pro libito quiret. Præclara sanè huiusmodi machina ingenij. Præclarus intuemur, & novum opus: novum atque, quippequam huic simile nunquam à nobis est visum. Tam enim appulit in lucis portum è pro fundo, feraci ingeniorum pelago Familie Benedictinæ prædices navis divite veni, mercibus sapientiæ onusta, eruditionum aplustribus compta, acuminum thoracijs insertata, rota pulchra; sed ingenio ita disposita, ac arte contexta, ut quisque universas illecebras opes in didicis Didascalij conspicere, & in offenso pede, ni admiratione titubet, in litera discurrere possit. Cunctis cuncta, omnibus omnia singulari, superque mira dispositione patefunt.

Nihil sub Sole novum. Respondet ingenium N. Magistri *Tautolog. 3. Exposit. Liter. num. 14.* utpotè omnigena doctrina eruditissimi, & in literis tam Sacris, quam Profanis veratissimi. Præfert enim de thesauro suo nova, & vetera. Vetera, quippe iacebant Tautologicæ Sacræ intellectu obvia, & abdicbantur quasi devix, uti semita non trita, vel quia arcanis mysteriorum abdite. Nova, quoniam extorsit clavam ab Hercule, victique tortuositatibus filo, acuminis auro, in Tautologiarum labyrintho, quas contemplata perficior subtilitas asperitate abstrusas, expositionibus delicate perfectè in vias planas. *Præclara ingenia* (inquit Philo lib. 1. de *Vita Moyf.*) *multa innovant circa sententias.* Alijs (cum pace illorum dicam) *per attritas sit satis ire vias.* Nostro enim Commentatori insigne, sine luce lucidè progredi, ac sine duce feliciter pergere. Lucet opus Victoria Navis. Ingenij radij omnia lustrant.

*Atque sub æthere fixis
Incurvant stellis, rapiuntque per avia currum:
Et modò summa petunt, modò per declivo, viasque
Præcipites.*

Hoc omnium erat expectatio, postquam in *Scena Sacra* (nusquam laudata super, & laudabili semper) ex ungue leonem meditati sumus. Omnium expectatio: responditque expectationi, & satis & super. *Magna Doctorem nostrum fama præcesserat* (dicam cum Plinio lib. 2. Epist. 3.) *maior tamen inventus est.* Sanè credimus in Scriptura nihil redundas. *Plena sunt quippe omnia* (ait N. Dulcis. Bernardus Hom. 1. de *Laudib. Virgin.*) *superis mysterijs, si diligentem habeant inspectorem.* Ceterum non omnibus Aquilina acies. Unicè N. Commentator illustris hunc thesaurum in agro Sacræ Paginæ invenit, & non abscondit. Diligens inspector cit: novit signate, & insigniter obscura quæque lustrare, & illustrare; fugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Hand obliquo iudicio, quasi assentionis fallaci dulcique dolo, commendatio arbitranda: legantur folia, & constabunt ampliora quæ silvi, quam quæ protuli. Sciens scio: æmulator tamen dorum, eruditionis, doctrinæ, omniumque ornamentorum Authoris, & operis; alio in his commentarijs, nihil inveniri similitum, Orthodoxæ fidei oppositum, morum integritati, & puritati contrarium: in d. cuncta prelo, & immortalitate digna; ut super candelabrum posita, illuminent omnes sperantes in Domino. Ita censeo, salvo, &c. Matrici, in hoc D. Bernardi Monasterio die 23. Julij. Anni 1703.

M. Fr. Hierotheus Garcia.

FACULTAS ORDINARIJ.

Visa Superiore approbatione, facultatem concedimus P. M. Fr. Emmanuelli de Villarroel, Monacho Benedictino, &c. ut opus inscriptum *In Sacras Tautologias Commentaria Literalia cum illustrationibus, &c.* in lucem edere queat. Matrici Julij 30. ann. 1703.

Lic. D. Nicolai Alvarez de Peralta.

Tom. I. Taut.

299

CEN.

CEN.

CENSURA RR. PATRIS ANTONII PORTILLO E SOCIETATE IESU, IN GEMPLUTENSI
Academia Sacre Theologiae Primarij Antecessoris, Theologi Regij pro Deipara immaculata Consecratione, Archiepiscopatus Toletanae Examinatoris Synodalis, &c.

Opus, quod inscribitur RR. P. M. Fr. Emmanuelis de Villarreal Monachi Benedictini, Theologiae Doctoris, Sacrarum litterarum Interpretis, Congreg. Vallisoli, Concionatoris Generalis, in Sacras Tautologias Commentaria literalia, cum illustrationibus, &c. iussu Regij Senatus mihi discutendum, commissum, avidè in manus sumpsi, attentè perlegi; & tanta me voluptate traxit, vel decepti; ut quamvis minimè otiosum invenerit, tamen ferè otiosum reliquerit alijs curis exatum animum, & soli lectioni huius libri tam discreti, tam sapidi, omnibus numeris absoluti, inhaerentem. Si illud Pythagoræ effatum de animarum metamorphosi ulli arrideret, facile in animum induceret, mentem Sapientissimij Ruperti in RR. P. Emmanuelem de Villarreal immigrasse. Tanti est in eodem plantario Patris Patrum Benedicti, fatos crevisse, adolevisse. Simili manu effigiatos facile crederes. Usque adeo Reverendissimus Pater doctus, & opes Ruperti in hoc limatissimo opere representat. Quam tenax literæ excurret! quam floridus, & disertus in moralibus expatiatur! at cum abundè huc, illuc ingenij scintillas excusserit, sese in circulos, quos in textu Biblico metatus est, cogit. Luce ergo donetur publica, qui lucem tenebris affundit, liber iste, tam elaboratus, ingeniosus, ferax expositionum, quibus literam Sacrae Scripturae illuminat; conceptuam, vel acuminem, quibus mores exornat, & comit; dum satis constat nihil in eo deprehendi, quod Ecclesiae Catholicae amissi contradicatur, quod bonis moribus obviet. Ita sentio; salvo, &c. In hoc Collegio Imperiali Matritensi Societatis Iesu, die 28. Iulij anni 1703.

Antonius Portillo
à Soc. Ies.

FACULTAS REGIJ CASTELLÆ SENATUS.

Approbatione Superiore visa, Regius Castellæ Senatus permisit M. Fr. Emmanueli de Villarreal Monacho Benedictino, &c. opus inscriptum in Sacras Tautologias Commentaria literalia, &c. typis committere, ut latius patet ex authentographo Privilegio, expedito die 4. Augusti, anni 1703. per D. Bernardum de Solis, Regiæ Cameræ Secretarium.

MENDA.

Pag. 20. Column. 1. lin. 54. sex quipedalia, leg. *sexquipedalia*. Pag. 41. column. 1. lin. 37. Principes, leg. *Principis*. Pag. 57. column. 2. lin. 30. Mors, leg. *Mons*. Pag. 165. lin. 10. quietum, leg. *quietem*. Pag. 214. column. 2. lin. 54. reddat, leg. *reddat*. Pag. 218. column. 1. lin. 54. conest, leg. *non est*. Pag. 251. lin. 29. humana, leg. *humana*. Pag. 268. column. 1. lin. 6. miseribitur, leg. *miseribitur*. Pag. 350. column. 2. lin. 53. sapit, leg. *sapit*. Pag. 313. column. 2. lin. 51. lachrymalis, leg. *lachrymabilis*. Pag. 350. lin. 2. cras, leg. *eras*. Ibid. lin. 15. præcepere, leg. *præcepere*. Pag. 352. lin. 53. fuisset, leg. *fuisse*. Pag. 366. column. 1. lin. 44. nos, leg. *non*. Pag. 374. column. 2. lin. 5. impluribus, leg. *in pluribus*. Pag. 443. column. 2. lin. 38. Herois, leg. *Heróis*. Pag. 454. column. 2. lin. 31. qua, leg. *que*. Pag. 470. column. 1. lin. 4. in felicitatis, leg. *infelicitatis*. Pag. 493. lin. 10. quocunque, leg. *quacunque*. Pag. 494. lin. 13. Spiritus, leg. *Spiritus*. Pag. 509. column. 2. lin. 23. sum, leg. *sunt*. Pag. 510. column. 1. lin. 49. videas, leg. *videat*. Pag. 525. column. 1. lin. 5. malui, leg. *maluit*. Pag. 529. column. 1. lin. 55. habent, leg. *habent*. Pag. 566. column. 2. lin. 58. cognovisset, leg. *cognovisset*. Pag. 573. column. 1. lin. 33. victa, leg. *vite*. * Ad marginem, pag. 293. ad aquata, leg. *adaquata*. Pag. 308. ridit, leg. *ridet*. Pag. 442. Virgo, leg. *Virga*.

Hoc opus, demptis his mendis, suo exemplari respondet. Matriti die 23. Augusti. ann. 1704.
D. Benedictus del Rio & Cordido
Corrector generalis à S. R. M.

SUMMA DE LA TASSA.

Taffaron los señores del Consejo à seis maravedis cada pliego de los de este libro, que son ciento y quarenta y siete, sin principios, ni tablas, como consta de la Certificacion de Don Bernardo Solis, Secretario del Rey nuestro señor, y su Escrivano de Camara mas antiguo, en Madrid à 23. dias del mes de Agosto de 1704.

INDEX

INDEX TAUTOLOGIARUM
ORDINE BIBLICO.

Prior numerus Tomum, posterior Tautologiam denotat.

GENESIS.		EXODI.	
Cap. 1. vers. 2. Terra autem erat inanis, & vacua.	1.4.	Cap. 1. v. 22. Advena fui in terra aliena.	2.8.
V. 20. Animæ viventis.	1.4.	Cap. 3. v. 2. Apparuit Dominus in flamma ignis.	3.4.
V. 24. Bestias terræ.	1.2.	V. 5. Solve calcementum de pedibus tuis.	3.5.
V. 26. Ut præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs.	1.2.	V. 14. Ego sum, qui sum.	3.6.
